

PRODROMUS  
TERTII LIBRI  
MATERFAMILIAS.



*Quisquis erat malesuadus, ut ejus lingua protervis  
 Protulerit verbis, quod sit seu Fœmina Monstrum,  
 Seu Nature Error, crassis Erroribus ipse  
 Imbutus, vix dignus erat, qui prodit Infans  
 Maternâ ex alvo. Nam finge Palatia Cræsi,  
 Divitias, Hortos, Fructus, Convivia, Ludos,  
 Et quacunque velis bona; sed si fœmina desit,  
 Certè Homini cordato est imperfecta voluptas.  
 Nam cum per lapsum concussis Viribus Adam  
 Perderet omne Bonum, solius semen Amoris  
 Legitimi reliquum est, quod grati cautio Cæli  
 Propterea conservavit, ne prorsus Imago  
 Divina à Stigiâ malè doleretur Erynni.  
 Imo Amor infirmum stringit per Vincula Mundum,  
 Humor alit terras, nascentia germina Phœbus,  
 Et nihil est, quod non blando superetur Amore.  
 Ergo in campestris postquam introduximus ædes  
 Nuper Herum; sociam dabimus, Comitèmq; Laborum  
 Artibus instructam maternis, atque juventa  
 Et virtute probam, tenero quam pectore junget  
 Præcipuè DEUS, Hoc Duce namque benè omnia cedunt.  
 Fortuna hic pietas ponat Fundamina prima,  
 Quâ sit, nil profunt peritura Encomia forma,  
 Nil vel Divitiæ, vel Avorum Gloria confert,*